



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. VI. Quid sit Ira?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

dicant, adhuc se haustulum facere posse sine noxa; desinent tamen prudenter id judicare, si contrariam de se experientiam habeant.

VII. Si quis post potum discernere adhuc possit inter bonum & malum, licet nonnihil phantasia turbata sit, aut sequatur vomitus, lingua titubet, pedes vacillent, oculi cernant duplicia, vel domus gyrari videatur, nondum plena est ebrietas; ideoque tantum peccatum veniale, quamvis ex gravioribus, si deliberatè sit commissum, v. *Laym. loc. cit.*

VIII. Plena ebrietas notatur ex his signis, quæ dat, *Less. dub. 2. num. 30. & Regim. 1.* Si quis non meminerit dictorum, factorum, quomodo vel quando domum deductus. 2. Si commisit ea, quæ nunquam aliàs sana mente solet, v. g. si præter morem turpia sit locutus, turbârit domum, uxorem verberaverit, &c.

IX. Mala in ebrietate commissa, si prævisa non sunt, aut sit adhibita cautio, culpâ vacant.

DUBIUM VI.

Quid sit ira?

Resp. Est inordinatus appetitus vindictæ. Quæ inordinatio, secundum *D. Thom.* dupliciter fieri potest. 1. Ex parte modi irascendi, ut v. g. si nimium interius exardescas, vel exterius per signa nimis patefacias. 2. Ex parte objecti, ut si vindictam appetas plane injustam ob causam; vel si iusto maiorem, v. g. optando inimico mortem, quam non est meritus; vel exequendam propria

pria autoritate; vel denique licet vindicta iudicetur, non tamen eam appetas ut iustam, sed ut iustitiam animi tui malevoli. *Vnde resolves.*

I. Si ordinatè appetatur vindicta, non est peccatum iræ: ut cum superiores irascuntur culpa subditorum, eosque puniunt, seu vindicant.

II. Ira inordinata; primo modo ante dicta, est ex genere suo veniale, potest tamen fieri mortale ex accidente, ut si addatur blasphemia, maledictio, scandalum.

III. Ira inordinata secundo modo, est ex genere suo mortale: quia est directe contra charitatem. *Bald. l. 3. d. 21.*

IV. De filialibus iræ, quæ partim sunt ex corde, ut Indignatio, & Tumor mentis; partim in ore, ut Clamor, Blasphemia, Contumelia, Maledictio; partim in opere, ut rixæ, pugnæ, seditiones, vulnera, diversimodè loquendum est, secundum regulam suprâ datam. Nam 1. Indignatio, quæ est inordinatus affectus ex eo, quod quis reputet se indignè à tali tractari, communiter est veniale: imò si ex iusto rationis iudicio procedat, nullum est. Posset tamen esse mortale, si cresceret usque ad deliberatum odium, & contemptum personæ gravem. 2. Tumor mentis, quo quis morose excogitat diversas vias vindictæ, iisque cogitationibus animum tumefacit, quale peccatum sit, iudicandum est ex qualitate vindictæ, quo excogitatur, *Tol. l. 8. c. 9.* 3. Clamor, cum iratus extollit vocem, multum inordinatè & confusè effundens, est veniale

com-
mia e
5. Co
liquo
randi
Di
gend
verbu
quon
& Ap
pecca
cedat
per d
ut do
tantu
terial
non
Et sic
tes: d
puer
nerar
lædit
niqu
nem
cunc
non
C
si im
bura
ceda
repr
dat.

com-

communiter, nisi aliud addatur. 4. Blasphemia est mortale, de qua supra. l. 3. c. 2. cap. 1. 5. Contumelia, quâ quis proximo malum aliquod objicit, cum intentione illum inhonorandi, est ex genere suo mortale.

Dixi, *animo inhonorandi*: quia animo corrigendi, humiliandi, aliave ratione, potest superior verbum aliquod aliâ contumeliosum objicere: quomodo Christus vocavit Apostolos stultos; & Apostolus Galatas in sensatos. In quo tamen peccari potest, si modus debite correctionis excedatur: vel subditus gravius dehonoretur, quâ per delictum meruit, v. Baldel. d. 34. n. 16. Item ut docet *Cajet.* potest contumelia esse venialis tantum, si sit parva tantum; vel si sit tantum materialis, sine intentione dehonoriandi; modo non sequatur læsio notabilis honoris proximi. Et sic excusantur, saltem à mortali, multi parentes: dum filios vocant ainos, &c. item mulieres, pueri, & infimæ sortis homines, conviciis se onerantes: quia cum fides iis non habeatur, non læditur graviter honor, v. *Bonac. l. 3. q. 2. p. 5.* Denique si joci causa, & per convenientem recreationem, leves defectus objiciantur, urbanitas est, secundum *D. Thom. 2. 2. q. 72. a. 2.* dummodo alter non contristetur; nec ad iram moveatur.

Contumelia etiam fit facto, tum indirectè, ut si imaginem, vel literas alterius conculces, comburas; tum directè, ut si virum honestum fustigedas, ad januam ejus cornua, &c. apponas, vel representes aliquid, quod honorem alterius lædat. Huc spectat *sublannatio*, *illusio* & *derisio*,

quando

quando fit signis, ut naso rugato, labiis extensis
&c. intendendo proximi confusionem: quæ sit
gravis, vel saltem proximus eâ graviter contumelietur, mortalia sunt, *Bonac. Mol. Baldel. l. 3. de*
Ec. ex S. Thom. Circa quæ Nota: Quod qui pro
contumeliam læsit alterius honorem, tenetur
hunc restituere, etiam si fama non sit læsa. Hoc
autem fieri potest, vel per honorificam, & amicitiam
salutationem, vel invitationem ad mensam
vel petitionem veniæ: (etiam subinde flexis genibus,
& coram testibus) prout læsio fuit gravis.
v. Card. de Lugo d. 15. num. 53 Adde, quod contumeliæ
mortalis qualitatem in confessione explicare, non sit
necessarium, ut contra *Fill. Ec. docet Akor, Sa, Mol, Card. de Lugo d. 16. de peccatis*
numer. 269.

VI. Maledictio, quâ quis optat, vel imprecatur
alteri malum, sub ratione mali, est ex genere
suo mortale.

VII. Rixæ, si modum non excedant, uti & lesivæ
viculæ pugnæ, veniales sunt, secus, si progrediantur
ad seditiones, vulnera, cædes. Suntque hæc
communiter peccata ex parte incipientis rixæ,
alter enim potest se defendere cum moderamine
inculpatæ tutelæ.

DUBIUM VII.

Quid sit Acedia?

Resp. Acedia sive animi tædium, potest
D. Tho. 2. 2. q. 35. a. 2. dupliciter usurpari. 1. Generaliter,
pro omni animi remissione in exercitio virtutum, eo quod labor aliquis sit adjunctus
2. Particulariter, pro omni remissione in exercitio virtutum, eo quod labor aliquis sit adjunctus